

*Romae in Esquilino, sed de loco ubi reperta sit, non satis constat (Eph. ep. 4, 754 vidit Henzen). — 1) fecit vocabulum erasum.*

*Titulos duos a magistratibus liberae reipublicae Romae Herculi dedicatos dedimus supra N. 11. 20.*

**3424** Herculi invicto sacr. | Hermeros Aug. lib. tab.<sup>1</sup> | thensauror.

*Romae extra portam Tiburtinam (VI 30737 vidi). Iisdem verbis inscripta est VI 325, quae dicitur reperta esse ante portam Esquilineam (Maiorem), VII fere mil. pass. ab urbe. — 1) Tabularius (ut est perscriptum in titulo gemello).*

**3425** Herculi . . . | Fl. Lollianuſ v. c., praef. . . .

*Romae rep. in Esquilino prope ecclesiam S. Luciae in Selci (Gatti Bull. comunale 1889 p. 42, Notizie 1889 p. 14). In margine inferiore dicitur esse IIII, quod vix ad hanc inscriptionem pertinet. — 1) Cogitavi de Flavio Lolliano Mavortio (supra N. 1225 seq.), qui praefectus urbi fuit a. 342, sed editor litteras tituli ait esse saeculi p. Chr. tertii potius quam quarti (Lollianus praefectus urbis a. 254 Egnatius fuit, non Flavius).*

**3426** P. Egn[atiu]s . . . s v. c.<sup>1</sup> | pon[tifex] Herculis | et rector decuriae | Herculeae<sup>2</sup> curavit.

*Romae rep. in regione urbis nona, ubi iam dicitur Piazza Cairoli, litteris quae saec. p. Chr. quartum indicant (VI 50893 vidi Huelsen; Gatti Notizie 1892 p. 21, Bull. comunale 1892 p. 57). — 1) Vir clarissimus. — 2) Videtur esse idem sacerdos qui in titulis et ipsis quarti p. Chr. saeculi supra N. 4259 dicitur curialis Herculis, N. 2942 sacerdos Herculis.*

**3427** Herculei | sacrum | C. Marci. C. l. Alex. fecit, servos | vovit, liber solvit. (*Ab altera parte eiusdem lapidis*) Herculei | sacrum | C. Marci. C. l. Alex. | dat.

*Prope Puteolos (I 1255. X 1869 bis descripta).*

**3428** Herculi | sancto sac. | P. Pomponius Noetus votum sol., | amicos acc.<sup>1</sup> bene. | L. Eggio Marullo et | Cn. Papirio Aeliano cos.<sup>2</sup>, | l. d. d. d., k. Iul.

*Casini, in cantharo magno lapidis Tiburtini (X 5460 vidit Mommsen). — 1) Accepit. — 2) A. 184.*

**3429** Herculi | scyphos | votum posuit | C. Clodius | C. lib. Laetus | Augustalis.

*Taurinis (V 6952 vidit Mommsen).*

**3430** II Aug. | cos.<sup>1</sup> | k. Aprilib. | T. Fl. Eros | Herculem | pueri|num | cum basi | Deanae | d. d.

*Romae (VI 126 vidit Marinus). — 1) Duobus Augustis consulibus (a. 164?).*

**3431** T. Vetio | duno | didet | Herclo | Iovio | brat | data.

*Loco dicto Navelli in agro Vestinorum ut videtur (IX 5444 vidit Mommsen; imaginem exhibet Zvetaieff inscr. Ital. mediae dialect. tab. II n. 4 cf. p. 45 n. 9). — Sermo videtur mixtus inter Latinum et Oscum; cf. Buecheler l. c.*